

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... Johanni Tileken/ Pensionario in Räderanck
industrio, Vidua moestissima Hodie ... parare instituit, Omnes omnium Ordinum
Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776827286>

Druck Freier  Zugang



PROGRAMMA

Quō

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS Willebrandt / U. I. D.

Cod. Prof., Ducal. Consist: Assessor,

AD
EXEQVIAS

Quas

Viro Eximio, Praestantissimo & Integerrimo

JOHANNI Tilleken

Pensionario in Råderance

industrio,

Vidua mœstissima

Hodiè ad horam I. in ÆDE D. JACOBÖ
sacrâ, decenter parare instituit,

Omnes omnium Ordinum Ci-
ves Academicos, diligenter ac of-
ficiosè invitati.



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.

CXXIII.

No 119

CXXIII.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrand/ D.

Dum ALEXANDER MAGNUS, orbisque triumphator, ex profundiori quod acceperat vulnera, sanguinem uberior pro manare cerneret, illos assentatores, qui ipsi divinos exhibuerant honores, cumq; uti Numen cœlestis adoraverant, his ipsis verbis compellabat. An etiam Dii vulnerari & sanguinem fundere possunt? Voluit scilicet prudentissimus Rex, his verbis, & assentatorū adulatrices voces retundere, & se, aliosq; animi & corporis dotibus conspicuos, non minus, quam ex vulgo quosvis homines, morbis mortique obnoxios esse, docere. Sed quam ALEXANDRO ceterunt assentatores cantilenā, eandē caro mundi affixa illecebris, suis occinit cultoribus, idquē ipsum efficit, ut in diem securi vivant, & quæ post hanc caducā eveniunt vitā, nunquam contēplentur. Verum his, qui Spiritum Sanctum, in Divinē codice præceptorem loquenter audiunt, Davidicum illud, *Non est homo qui vivet & non videbit mortem*, altâ mente sedet, & cum eodem Psalte ingeminant: *Notum fac mibi Domine finem meum, & numerum dierum meorum; quis est ut sciām quid desit mibi?* Quin & ex illis qui Spiritum Sanctum doctorem non habuerunt plurimi, corruptioni & interitui, omne hominum genus obnoxium esse scientes, in has & similes eruperunt voces,

Longius

Longius aut propius mors sua quemq; manet,
Sub tuâ purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu, turba cum paupere mixti
Omnia mors aquat.

Elegantissimè & Seneca: Quotidie morimur, & tum quoq; dñe
crescimus vita decrescit. Infantiam, amissimus deinde pueritiam,
deinde adolescentiam, usq; ad hesternum quia quid transit temporis,
perit; bunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus. Nè
abeamus autem longius, Viri præstantissimi, Eximii, DN.
JOHANNIS Zilecken / funus intueamur; cui, quam injecit
Mors inexorabilis dexteram, eandem nobis, omnibus
horis, quid? omnibus momentis intentat. Natale ipsi
solum erat, hec ipsa Rostochiensis Civitas, in qua
è præstantissimis magnâquè Virtute ac honestate prædi-
tis Majoribus, in hanc communem lucem A.D. 1618. die I.
Novembris fuerat editus. Pater ipsius fuit, Vir sanè exi-
mius DN. JOHANNES Zileke / Mecklenburgici æratii
præfectus, Civis itidem & Cerevisarius Rostochiensis,
Ædisque Divæ Virginis Curator soleritissimus. Mater mu-
liebrium virtutum decorò insignis fœmina SARA Nettlen-
blatt. Avum Paternum habuit Honestissimum & probi-
tatis magnæ Virum JOHANNEM Zileke, Civem Grabo-
viensem. Aviam Paternam CATHARINAM Blumen.
Avum maternum aguovit, Virum non mediocris existima-
tionis in hac Civitate, magnarumq; Virtutum JACOBUM
Nettlenblatt, Civem Cerevisarium primarium, per mul-
tos annos Ædis Jacobæ Curatorem, unumq; è Sedecem-
Viris, salutem patriæ non segniter promoventem. Aviam
maternam GERTRUDEM Hawemans / Civis in hac Civi-
tate & Cerevisarii nō postremi VALENTINI Haweman/
filiam

filiam. Et tam probis & verè Christianis majoribus parentibusq; in hanc mundum noster piissimè defunctus prodicuit, moxq; CHRISTO JESU per lavacrum regenerationis insertus, in omni pietate, Diviniq; Numinis cultu, ab Optimis parentibus fuit educatus atq; institutus. Qui, magnâ felicitate atq; diligentia, eundem Scholæ atque Studiis, non modicam in ipso advertentes dexteritatem, deoverunt. Ubi a. egregia in græcis & latinis literis posuit fundamenta, Anno 1638. amandatus fuit ad celebratissimam Borussorum Academiam, Regiomontanam scilicet, in quâ Philosophiam theoreticam ac practicam gnaviter excoluit, Regnumq; Poloniæ, majoris experientiæ comparandæ gratiâ, perlustravit. Post iussu & avocatione dilectissimorum suorum parentum, redit ad dulcissimam suam patriam; & in hac Academia nostrâ, Virtuti & doctrinæ, maximam profectò navavit operam. Anno vero 1647. Divinâ dispensatione, matrisq; pientissimæ singulari impulsu, associavit sibi felici cônubio, Nobilem, magnisq; animi ac corporis ornamentis excellentem Virginem MARGARETHAM Hanen/ Viri Nobilissimi DN. JOACHIMI Hanen/ hereditarii in Osterdorff & in Deters ac Hanshagen hypothecarii filiam, jam vero afflictissimam ac derelictam Víduam. Cum quâ in amore conjugali ac concordia non exigua, tredecem annos consumsisset; & ex illâ pulchram atque jucundam utriusquam sexus sobolem, nempe quatuis filios, & duas filias accepit. E quâ desideratissimâ nec parvæ expectationis prole, unus filius à DEO optimo præmaturè fuit ex hocce mundo evocatus; dum reliqui liberi, nempe Joannes Jacobus, Ernestus Christophorus, Heinricus Christianus, Sara Elisabetha, & Margaretha Sophia vivunt incolumes; quos amansimus ille DEUS, coelestis pater & tutor clementissimus,

cum

cum moestissimā Matre benedicere, ac à sequiori fortunā fū-
eri dignetur. Quod vitam piē defuncti verè Christianam
attinet.. Postquam ille cum nobili Virgine matrimonium
contraxisset, feudisq; provinciæ hujus semet devovisset,
in primis in feudo Dümmerstorff nuncupato, novem anno-
rum spacio Pensionarii defunctus fuit munere, & tandem
contulit se ad feudum Nåderanc dictum, illudq; uti Hypo-
thecarius duobus ferè annis administravit & excoluit. Dum
autem horrendā belli calamitate Megapolis hac concute-
retur, durioremq; fortunam experiri compelleretur, suam
exoptatissimam Conjugem ac liberos dilectissimos, Rosto-
chium adduxit, ipse verò solus aliquantis per, inter tot mili-
tum insolentissimorum spolia, rapinas, in feudo substitit;
in quò nihilominus, nisi cum apertissimo viræ discriminne,
maximisq; bonorum ac sanitatis dispendiis, ulterius vivere
non valens, ad hanc quoq; Civitatem semet conferre debu-
it. Vitam reverā piā veroquè Christiano convenientem
degit. Verbum Divinum, sacrasq; Conciones semper auri-
bus attentissimis, cordeq; religiosissimo excepit, Sacrosan-
ctam Corporis & sanguinis JESU CHRISTI Eucharistiam;
cum singulāri devotione soepius sumere cōsuevit, uti (lucu-
lentum ac egregiū hujus rei testimoniuī, Pater ipsius spiritua-
lis eidē præbuit. Cūm vicinis suis ac proximis, constantem
amicitiam ac concordiam, ab omnibus litibus ac dissensio-
nibus, ab ipsâ abhorrens, naturâ, coluit.. Erga miseros ho-
mines, & tristissimā pauperie ac inopiâ laborantes, non me-
diocrē, pro suarū facultatū modō, affectum declarans, opem
ipsis ac subsidium exhibere non intermisit; ità ut ab omni-
bus fermè bonis & amicis, tam celer ejus ex hoc viventium
consortiō successus, amarissimè deploretur; qui ipsi proli-
xiorem longè vitam (si ita DEO Supremo placuisset) cordi-
citus vovebant. Ante 14. dies, optimus hic ac integerrimus

Vix,

Vir, aliquam virium suarum imbecillitatem contraxit, quæ
tamen tam subitam ejus mortem non videbatur portendere.
Dum a. illa infirmitas obstinatior permansit, majusq; de die
in diē sumsit incrementū, tōtū se Divino Numini cōmēdavit,
ac tempestivè semet ad beatissimum ex hac vitā exitum dis-
ponens, præterlapso die 23. Maii, antē octiduum nimirum,
Reverendum Pastorem Satoviensem ad se accersiri volgit.
Cui ille peccata sua cum ingenti cordis contritione confes-
sus, ab eodem, præviā sincerā pœnitentiā, extremō vitæ Via-
ticō, corpore scilicet & sanguine Salvatoris preciosissimō ac
suavisissimo, fuit refectus. Usurpare quidem sanitatis recu-
perandæ remedia non intermisit; & Dn. Joannes Bacmeisterus,
Medicus experientissimus, Collega noster honorandus, illa
ipsa, eidem, magnâ sedulitate suppeditavit. Sed DEO sic de-
cernēte & volēte, in vehementē ac lethalem prolapsus mor-
bum, & tandem macie extenuatus ac confectus, ad felicissi-
mum vitæ finem festinavit. In suâ infirmitate, ad extremum
ferè vitæ Spiritum, piissimas preces suspiriaq; ad Deum ef-
fundere, & sibi prælectas à Reverendo Dn. Pastore sanctissi-
mas Orationes, devotissimo pectori aureq; attentissimâ ex-
cipere non cessavit; deniq; luculentissimū ostendens indi-
ciū, quod scilicet J E S U M Salvatōrē suæ animæ, in corde
proprio compl. fatur, & quod in misericordiā DEL & meri-
to Redemptoris nostri omnia sensa unicē defixa habeat,
placidissimō secessu ex hoc terrestri habitaculo, præterito
die Solis, quadrante uno post quartam pomeridianam audi-
to, ad sydera emigravit; postquam hic Annos 42. exple-
visset. Cujus Exuviae cum hodiè ad horam primam telluri,
communi omnium nostrum Matri concredi, in templo Ja-
cobœ, debeant. Vos Cives Academiæ officiosè ac aman-
ter invito, ut eas frequentes comitari, supremumq; huma-
nitatis


utatis mūnō, p̄sentiā vestrā Viro huic probissimo at p̄santissimo exhibere velitis. Quia verò obitum ejus, / ex quō mœstissima illius Conjurx Viduaquē jam afflictissima, cum suis relictis liberis, ingenti animi dolore conficitur) emendare aut tollere non licet, convertite animos vestros ad cœlum atq; indē, pro lugente jam acerbissimè suum Conjugem Viduā. & prō deplorante amarissimè, suum dilectissimum Patrem Sobole, salutare exposcite remedium. Quod solus ille Cœli terræq; Creator & gubernator largictur; Solusq; ille æternus Solator Spiritus efficaci consolatione pectora Viduæ & liberorum consernata erget, qui afflictis mentibus gratissimam requiem & optatisima gaudia afflare consuevit. P. P. Rostochii sub Sigillo Universitatis,

dic 30. Maii, A. D. 1660.

Conventus fiet hodiè ad horam primam in Aede
Deiparae Virginis.



Vir, aliquam virium suarum imbeciliter tamen tam subitam ejus mortem non
 Dum a. illa infirmitas obstinatior per in diē sumsit incrementū, tamen se Divit
 ac tempestivè semet ad beatissimum ponens, præterlapso die 23. Maii, a Reverendum Pastorem Saroviensem.
 Cui ille peccata sua cum ingenuo consus, ab eodem, præviā sincerā poenitentia, corpore scilicet & sanguine Salvatoris suavisimo, fuit refectus. Usurparerandæ remedia non intermisit; & Medicus experientissimus, Collega ipsa, eidem, magnâ sedulitate suppediternēte & volēte, in vehementē ac ledum, & tandem macie extenuatus ac mucum vitæ finem festinavit. In suā inferē vitæ Spiritum, piissimas preces fundere, & sibi prælectas à Reverendis Orationes, devotissimo pectore cipere non cessavit; deniq; luculentius, quod scilicet JESU M. Salvator proprio compl. statut, & quod in misericordia Redemptoris nostri omnia sensa placidissimō secessu ex hoc terrestri die Solis, quadrante uno post quarta hora, ad sydera emigravit; postquam visset. Cujus Exuviae cum hodiè ad communī omnium nostrum Matri cobeō, debeant. Vos Cives Academias invito, ut eas frequentes comitari



intraxit, quæ portendere, iusq; de die comedavit. exitum dis- m nimirum, siri voluit. one confes- ad vitæ Via- iosisimō ac itatis recu- acmeisterus, orandus, illa DEO sic de- lapsus mor- ad felicissi- extremum d Deum ef- te sanctissi- mitissimā ex- idens indi- ē, in corde El & meri- a habeat, præterito anam audi- 42. expli- am telluri, emplo Ja- è ac aman- ting; huma- nitatis